

C. 8. DE TIBIIS VET. 107

*Concipit, aut ille est presso modulamine parcus,
Aut tumidum largo sublimat flamine bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lene susurrat,
Aut exile trahens sonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum sublidit voce minuta.*

Fuit itaque varius earundem sonus, prout variis modorum differentiis adhibitæ sunt, quas plurimas apud plurimos usurpatos prolixius recensebimus capite sequenti. Hic tantum sonorum illorum varietatem necessariam ad varios usus, quibus Tibiæ olim destinatæ sunt, asseremus ex Divino Paulo Epist. 1. ad Corinth. cap. 14. vers. 7. *Atqui animæ expertia quæ sonum edunt, & Tibia, & cithara, nisi distinctionem sonis dederint, quomodo cognoscetur quod Tibia canitur aut cithara? Etenim si incertum sonum tuba dederit quis apparabitur ad bellum.*

E 6

E 7